

vāntur, cūm subsidia annonæ cōparantur, vel cūm olim univer-
so populo epulæ & darentur, ludi exhiberentur, aut pecuniæ viritim
dividērentur &c. §. 4. Proinde Magnificētia est *Virtus in magnis*
sumtibus erogandis mediocritatem servans, quæ si excedatur, fit *Luxus*;
si verò sumtus planè claudant, fit *Sordes* sive *Sordities*, quam Phi-
losophus *μικροπρότερον* appellat. §. 5. *Luxus est vitium in magnis*
sumtibus erogandis modum excedens: ut cūm in res quaslibet viles &
nullius momenti sunt splendidi sumtus, puta, si quis equos pur-
purā ornet, equis vel canibus splendida sepulcra erigat, mulis & e-
quis aureas sive argenteas soleas affigat &c. Vel, quando non ho-
nestatis, dignitatis vel necessitatis publicæ causā, sed vanæ tantum
jactantiæ & ostentationis gratiā magnificētia affectatur. *Sordes*
sive *Sordities* est *vitium in sumtibus magnis indecorè deficiens*, ubi in-
de lucrum percipitur, unde turpe est percipere, quò nomine apud
Veteres malè audiit *Vespasianus Imperator*. &

Defini-
tio

Oppo-
sita

B.

§. 1. Magnanimitas porrò, si Autores consulamus, quandoq; Magna-
idem est ac *Fortitudo*, quia in periculis magnis magnus etiam requi-
ritur animus: deinde, quum vel ipsum nomen indicet, magnani-

Homō-
mum nymia

A 3

ex illā familiā consul factus est, honori fuisse accepimus, quod præclaram ædi-
ficasset in Palatio & plenam dignitatis domum, quæ cum vulgo viseretur, suf-
fragata domino novo homini ad consulatum putabatur. *uti fecit Cimon, se-
ste Cornel. Nepote Hiero Syracusanus & Gillias Agrigentinus, teste Valer. Max.
lib. IV. c. 8. Ita apud Romanos in caritate annonæ M. Sejus Ædilis asse modium
populo dedit, teste Cicer. l. 2. Offic. c. 12. & uti David Rex II Samuel. 6, v. 19:
Vide & II. Paralip. 30, 24: Esth. I. & Ita de Alexandro Curtius lib. 6. c. 2. Satiē-
tatem epularum ludis interpolabat. Vide & Livium lib. 45. c. 32. de Paulo ÆE-
milio, cuius dictum ibi refert, Et convivium instruere & ludos parare ejusdem
esse qui vincere bello sciret. Quo pertinet & ludi funebres & munera gladiatorū.
Virgilius de suo Æneidē tangit V. Æneid. v. 42 seqq. Vide Alexand. ab Alexan-
dro Genial. Dier. lib. 2. c. 24. Quò pertinet fatua & gloriosa, uti appellant Meno-
chius & Camerarius, Ludov. Cortosii ICTi Patavini magnificētia, quam latè
narrat Latherus de Censu lib. 3. c. 22. n. 26. & uti fecerunt Caligula, Nero, Heli-
ogabalus, testibus sex Historia Augusta Scriptoribus &c. & Unde illud suum, Atqui
& lotio est: quod perstrinxit Juvenal. Sat. 14, v. 205. Lucribonus est odor ex re*